

bemus Sacramenti ideam ; habuisse olim Ecclesiam ; nullamque proinde defectionis suæ ab Ecclesia Matre Novatores ipsos excusationem habere.

PROPOSITIO PRIMA.

Eandem Sacramentii ideam, quam hodie habemus, habuit olim Ecclesia.

I. V. **E**T si ante S. Augustini tempora vix ullus sive inter Patres , sive inter Ecclesiasticos Scriptores sit , qui claram & distinctam Sacramenti notionem , quam Catholica Ecclesia , veritatis columna , fideique Magistra profitetur , nobis expresse transmiserit : scrupulum tamen Novatoribus difficultas ista movere non debet , si bona fide advertere velint , cum V. C. Claudio Fleury , Moshemio , & aliis solidioris critices Scriptoribus (a) , eam prioribus saeculis fuisse Ecclesiae disciplinam , ut de re Sacramentaria , non nisi cum Fidelibus in Ecclesia , dimissis etiam Catechumenis , Episcopi colloquerentur (b) . Extra omnem dubitacionis aleam hoc est ; quare si eandem Sacramenti ideam hodie habent Catholico-Romani , quam habuit Ecclesia tempore S. Augustini (quo tempore Ecclesiam non adhuc a vera fide aberrasse (ultra satentur Novatores) causam procul dubio vicimus ; atqui ita se rem habere paucis demonstramus . Primo quidem Sanctus Doctor lib. 19. contra Faustum c. 11. afferit : „ Non posse homines in Religionis sive veritate , sive falsa societatem coire , nisi per aliqua sensibilia

(a) Audiamus verba ipsius Claudii Fleury de moribus Christ. C. XII. , Nel-
„ le stesse adunanze (verso est Canturiani , ob versiones suas tota fere Euro-
„ pa celeberrimi) Nelle stesse adunanze si davano TUTTI GLI ALTRI SA-
„ GRAMENTI , per quanto era possibile ; e perciò ne venivano esclusi con
„ tanta sollecitudine gl' infedeli . Come ossia che osservavasi inviolabilmente quel
„ precezzo del Salvatore (Matth. 7.) di non dare le cose sante ai cani , e le
„ margherite ai porcelli . Di là viene , che i sacramenti si dinominavan Mitte-
„ ri , cioè a dire , cose nascoste , e vi si osservava una inviolabile segretezza .
„ Nascondevansi non solo agli infedeli , ma ai Catecumeni &c.

(b) Escipe Sacramentum Baptisini , de cuius virtute , post manus impositionem (nam impositione manus ut ex Concilio Illiberitano constat , Cate-
„ chumeni fiebant) Catechumenos ipso a Partibus edoceri , res ipsa postulabat .